

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput I

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

# ADMIRANDA METEORORUM.

## CAPUT I. DE EXHALATIONIBUS SUBTERRANEIS.

**E**xhalationes pro materia habent Meteorra, Sol & Sydera cætera illas eliciunt, ignisque subterraneus haud paucarum artifex. Nil de illis dicemus; harum salubres quasdam, quasdam noxias dari pluribus comprobari potest exemplis. Ad radices montis Tritilli Halveati existunt aquæ, a quibus per quadraginta tres gradus, ad sudationis ascenditur locum: hujus verò longitudo tria passuum millia continet. Quo magis atolleris, magis cales; minus, quo magis te demeris. Ex membris hæ pituitam evocant, & capitis medentur destillationi. Iuxta calidas quæ ad paludem Agnani exiliunt, visitur Caldarium. Fossæ sunt cespite contractæ, & lapidibus amotis, calidus emititur vapor, qui movere excipientibus sudorem. Ex lacu Campaniæ Averno, ante quam sylvis quibus vestiabatur cæsis, aërem fecisset Agrippa perflabilem, adeo spissæ exhalationes prodibant, ut advolantibus avibus mors essent. Ad paludem Agnani in Italia mons est, in quo spelunca angusta, clementer deorsum vergit, longitudinem pedum octo continens. Solum ejus pede vel manu tentatum, reliquo sentitus calidius. Injectum animal, pestifero examinata halitu, sensu & motu privat, statim si extraxeris: Vicinæ vero confestim injectum paludi, yitæ (mirum!) restituitur. Camer. Cent. 7. Mirab. mem. 50. In Ebuso Insula adeo exhalationes inficiunt terram, ut in collubrariam illatas, pestiferæ bestiæ ferre nequeant. In maximis Bajani frictioli scrobs est, cuius aqua tam calidos exhalat vapores, ut cera liquefcente extinguantur candelæ; tam lethiferos, ut homines corripiti,

repi, morti  
etiam spelta  
spicula, ut  
tonium der  
habet ita m  
plum valde  
quidem tan  
que nebul  
solum vix  
Sepia, aër  
non flaver  
confestim  
mortui e  
scribente  
ris specus  
Soli Eun  
Scalig. Ex

D E

De C

C  
Cometa  
Cœc ad  
Perpera qu  
Mercurio  
non nullis,  
in æthereis.  
qua postqu  
lia, extrem  
faciat ignor  
fixas tandem  
eranuisse ve  
Aequivocos q  
pennæ regio

## M E T E O R O R U M.

99

repti, mortui repente concidant. Apud Babylonom est etiam spelunca, ex cuius ore tam pestilens emittitur spiritus, ut omnia, quæ eum hauriunt, interimat. Plutonium denique exiguo in colle montosæ regionis, os habet ita moderatum, ut hominem capere possit, ipsum valde profundum. Cingitur Septis quadratis, & quidem tantis, quanta dimidium ambient jugerum; quæ nebulosæ & crassæ caliginis adeo plena sunt, ut solum vix cerni possit. Eos qui circa appropinquant ad Septa, aër non lädit, utpote putus ab ea caligine, cum non flaverint venti. Animanti verò intra eunti mors confessim parata est. Tauri etiam introducti cadunt, mortui extrahuntur. Ad Hieropolim denique Syriae, scribente Dione in vita Trajani, est terri ac lethalis odoris specus. Quicquid eum animantium haurit, interit. Soli Eunuchi maleficii illius & noxæ sunt expertes. Scalig. Exerc. 277. sect. 4.

## C A P U T II. D E C O M E T I S.

### A R T I C U L U S I.

*De Cometarum natura & quantitate.*

Cometarum ortus & natura variè sapientes torsi, nec adhuc inventum judicium, quod decideret. Perpetui quibusdam videntur; circa Solem, Veneris & Mercurii initia volvi, plerumque latere: de novo creari nonnullis, nec in sublunaribus ca: hedram figere, sed in æthereis. Illustrum mentes judicavit Democritus, quæ postquam innumerabilibus in terris vigueré seculis, extremos obituaræ peragunt Triumphos. Bodinus fateatur ignorantiam: huic tamen accedit, inque stellas fixas tandem abire innuit. Causa. Omnes sine occasione evanuisse veceribus cognitum. Duplices alii posuere, Æquivocos qui in æthere confedere; Veros qui de supremæ regionis prædicavere suggestu. Quicquid sit,

E a

abdicta